

ad Gylburgium.

Aristoteles auctor est antiquus maxime autoritatis atq; reuerentia  
 etiam apud illos, q; illum non intelligentes, ei obloquentur: cuius do-  
 ctrina non solum utilis est, sed & necessaria omnibus discipuli-  
 nis, quas hodie vulgo homines sibi proponunt, ut honores ac di-  
 uitias acquirant (ut Galenus ingenue falsus est). Duo sunt  
 qua homines ab eius lectione et studio auertunt, aut certe non ita  
 ei inhaerent, ut deberent. Alterum quod legi non potest in lingua  
 qua ipse scripsit, à multis: alterum quod ab his à quibus legitur  
 non facile intelligatur, cum ille & breuissimè & quasi concisè docerit,  
 simeq; res suas suis locis tractarit. Hinc colligitur haec propo-  
 sitio. Cui Atm ita in lucem emisit, ut in eo clarè prospiciantur,  
 quaecunq; scripsit, uel coniectura eorum, à quibus ipse Arts di-  
 dicit, assequantur: uel eorum quos ipse docuit: praeterea intelligen-  
 tur, quo loco quidq; docuerit, quohies, ad quod propositum usus sit  
 eadem uerborum pbrasi: iste, inquam, ea praestabit, qua hactenus  
 à nullo praestita sunt, neq; quisq; melius aliquid unq; praestare  
 poterit. Quare uellem Artm tuum in sex diuidi partes.  
 1. Quae contineret tractatus ordinarios & proprios: Logica  
 2. Moralia. 3. Physiologica. 4. Metaphysica 5. Tractatus  
 communes, 6. Extraordinarios, qui hactenus recepti sunt, siue  
 legitimi siue spurij sint. Quae partes sex legitimo ordine  
 collocentur. Quare uellem 1o praefari principio operis to-  
 tius eruditè & plenè, ita ut ratio redderetur solida de unaquaque  
 harum sex partium natura, scopo, ordine eius. Cuius singula  
 postea suis locis repeterentur particulatim praetationibus & ibi  
 explicatius tractarentur. In quibus locis dantur occasio respon-  
 dendi ultimo scripto Patricij, qui Atm priuat possessione multo-  
 rum librorum, de quibus hactenus schola Graeca, Arabica &  
 Latina eum cognouerunt possessorem. Haec de ordine & di-  
 stributione

Quod ad textum attinet, ut omnibus satisfiat, uellem per ca-  
 pita distributum & capita per textus, numeris marginalibus  
 annotatos, iuxta Auerois diuisionem, quantum Atm neq; in capita  
 neq; in libros sua scripta diuiserit, & sub quoq; capite annotata  
 uela minori caractere morderetur lector de uarietate textus siue  
 lectionum quae ibi continerentur. De quibus quatuor Graeci

interpretes, Alexander Philoponus, Symphicus et Theonius  
una cum praestantioribus latinis mentionem fecerunt, reddendo  
causas uariationis cum moderato & rationabili iudicio, quod pre-  
taret praeferni debere: ita daretur ansa lectori eligendi quod magis  
placere suo palato. Post haec amolentur errores uersoris siue  
traductoris. Versores autem eos eligerem, qui iuxta sanum iudicium  
melius ~~non~~ intellexerint, & fidelius uerserint, & non uni tantum  
me addicerem in toto opere, minus tamen in dictione barbaros eligere  
ut delicatis auribus satisfacere, & minus superstitiosos, ut ueritatem  
amantibus obtemperarem. Quare (ut mihi uidetur) neq. antiqua  
uersio, neq. Argypopolitana neq. Boetiana neq. Perizoniana gra-  
uam tuo Arti conciliaret magnam.

Ab hac uellem in margine amolari locos in quibus Plato eius ma-  
gis eadem uel dixit uel exposuit, diligentius q. Iunola in Ga-  
leno fecerit, locos Auicennae. Et hoc maxime notandum in tuo Arte.

Uellem praeterea tres indices confici, sed non uulgares & insulos.  
In 1o a docto & bene intelligente uiro tria ista capita in una  
quaque materia, quam Arts tractasset, amolarentur. Quis, quo-  
mplex, quale, Ita ut nihil inueniri posset in Arte etiam quod  
minimum siue ad propositum dictum siue incidenter & per tra-  
sennam, siue solum siue adiunctum, propria eius q. conficiet,  
siue alienius sententia, quod in eo indice non inueniretur.  
Secundus index contineret omnes similes siue contradicentes locos  
in toto Arte.

Tertius index ostenderet quibus locis Arts usus esset, eodem siue  
ijsdem uerbis & phrasi praesertim oblationibus, ut per collatione  
eliceretur eorum sensus, ut nullus esset usus lexicij Henricij Ste-  
phanij, qui neq. illius uerbi problematis  $\pi\rho\beta\upsilon\rho\rho\alpha\tau\iota\mu\pi\lambda\upsilon\tau\iota$  signa-  
tus est mentionem facere.

Si ita Aristotelem feceris, fructum ingentem capies tu & quicumq.  
legerint etc. Poterunt studiosi cum hoc Arte carene interpretibus.  
Loca Artis & Platonis quanta luce afferent locis nouissimum a  
magnis uicis & philosophis non intellectis. De. ff.